

Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvvm Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisqve
Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvvm Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab
Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici
dispositionem in suos Titulos distributæ

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

3 Dux Militum numerum minorem conducens, vel aliquo pretio
introducens, iniuste acceptum restituere tenetur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13903

DECISIO I.
Ex conf. 1. alias 4. de prescrip.

Quamvis onera, & præstaciones annuit, & alia seruitia, que de facili solent accipi, & concedi de gratia, & liberalitate, ut est hospitatio amici, & similia, etiam tempore immemoriali soluta, & indebet soluta presumuntur; Illa tamen quæ magna & grata sunt, & quæ non facile de gratia, & liberalitate præstantur, si per tempus immemoriale sine contradictione præstata fuerint; etiani a principio accepta, & præstata fuisse aliquid bono titulo libera donationis, vel gratiarum actionis, & recognitionis beneficij accepti, vel alia iusta ex causa, & non per vim, nec metum, nec tanquam gratis, & sine obligatione præsumuntur, c. cum ecclesia Surrina, de caus. poss. & prop. & Inno. in c. bone, 2. de post. præl. Et eiusmodi posse illius immemorialis vim constituti, & tituli habet.

DECISIO II.

Ex conf. 1. alias 6.

Promissio quæcumque legitima, & deliberatè absque dolo, & meo facta, quamvis iusta sit, nec vila scriputra, aut testibus probati potest, in foro tamen conscientiae seruanda est; c. 1. & 3. de pac. & actionem, & ius agenti parit in foro interiori, nec ultimum defectum juris probationis defectus inducit; Et si res soluenda aliquis momenti sit, potest is, cui promissio facta est, a Papa, vel ab ordinario Episcopo monitionem impetrare sub pena excommunicationis latæ sententie, per quam omnes qui audiuerunt hanc promissiōnem factam esse, renelare compellantur, ad probandum eam fuisse factam, siopus fuerit in foro exteriori, ut colligatur ex Concil. Trull. 2. 3. cap. 3. de ref. & ex c. ad nostra de iurestat. & c. si sacerdos, de officiis, ord. & sub eadem pena excommunicationis debitor ad promissum soluendum cogi potest.

DECISIO III.

Ex conf. 3. alias 5.

Dux militum potens auctoritate Regia inducere cedum milites, & date illis stipendia impensis aliquis oppidi, & convenienti cum oppidanis, vt non inducat in oppidum plures quam 80, & vere non inducit nisi 60. Sed tamen capit ab oppidanis stipendia omnium 80, pescat, & stipendium absentium accepit iniuste de precepto eidem Communitati, seu oppidanis restituere tenetur; cu iniuste acceptum contra voluntatem aliquis, vel de voluntate eius, sive turpitudine & peccato ipsius ex precepto restituendum sit, vt icudit Nau. in Manua. c. 17. nu. 29. & 30. vnde cum Dux iniuste stipendium absentium acciperit sine vila turpitudine, aut peccato ipsius communitatis, eidem Communitati sic iniuste acceptum restituere tenetur.

DECISIO IV.

Ex conf. 4. alias 2. de conuers. infidel.

Coniuges infideles infidelitate valide Matrimonium secundum eorum leges contrahentes, ad fidem conuersi cum solennitate ecclesiæ iterum contrahere non tenentur, cum baptisimis legitima Matrimonia non dissoluntur. c. Gaudemus. de diuortijs, & c. iam nunc, 28. qu. 1. Sin vero contrahant in infidelitate Matrimonium omnia: aliquas solennitate secundum suam legem, vel iustam, ad fidem conuersi cum solemnitate Ecclesiæ requisita contrahere tenentur, cum regulariter quod nihil erat ante conversionem, non sit aliquid, aut validum ex sola conuersione; c. Non præstat, de regul. iur. in 6. & c. ex tenore, de rescripto quod aliud est, te ad fidem conuertere, & aliud contrahere Matrimonium: & a separatis non recte fit illatio. l. Papinianus. ss. minorib.

DECISIO V.
Ex conf. 5. alias 7.

Regularis simplex non habens prælationem, nec administrationem, non potest se ad aliquid nisi demando, & licentia superioris sui obligare: cum religiosus voluntatem propriam non habeat, sed solum a superioris voluntate pendente: c. quorundam, c. si religiosus, decret. in 6. Ita ut nec per suum iuramentum validam facere potest obligationem sine superioris consensu: quandoquidem non vobis, quod ad magis obligat, quam iuramentum ex S. Tho. 2. 2. q. 89. art. 8. & Nau. in Manua. c. 12. nu. 2. a. religio sine superioris licentia factum, firmum, aut validum sit, prout assert idem S. Tho. q. 88. art. 8.

DECISIO VI.

Ex conf. 6. alias 1.

Ebitor, qui bona sua decoxit, & cui ut cognati, velamicie eius aliquam partem debitorum soluerent, major pars creditorum remittit duas partes sibi debitum, & pactum facit, de non petendo remissa, si per postea quæ sita veniat ad pinguiorem fortunam, in foro conscientie nec duas illas partes sibi remissas præfatis creditibus, neque minori parti creditorum, qua remissioni contente noluit, restituere teneret; cum creditorum pars maior debita in præiudicium minoris, ei qui ex inopia, vnde solvatur, non habet, remittere valer: l. iurisgentium, l. fin. & f. & suum, & l. maiorem, & l. rescriptum, ff. de pac. quoniam enim remissio partis debiti facta debitori ob timorem perdeatur totum, quando debitor habet unde solvatur, vel de sua malitia nascitur ille timor, nisi pars illa circumiteretur, obligatus est in foro conscientie agnoscere, quod sibi remissum est, vt ai. Caiet. 2. 2. q. 62. articul. 8. Syl. verb. rescripto, 7. q. 1. & 2. & Nau. in Man. cap. 17. nu. 75. eo quod debitores in tali eventu remissi evidenter ob timorem perdeardi totum: secus tamen, quando ex vera debitoris inopia, & vilitate creditorum omnium remissio facta sit, rursum debiti remissio a maiori parte creditorum facta debitorum illum in vitroque foro liberat, etiam si postea ad priuatem fortunam perueniat.

T A T U L V S XXII.

De Procuratoribus.

S V M M A R I V M.

- 1 Promissio facta pro palmario litis illicita est.
- 2 Procuratorem ad exigendos redditus constitutus nihil ab eo hac de causa agere potest.
- 3 Procurator contemplatione societatis constitutus societatem obligare potest.

DECISIO I.

Ex conf. 1. alias 4. de pacis.

Promissio pro palmario litis aduocato facta, illicita est, nec promittentem obligat, nec aduocatus iura conscientia promissum capere potest, sed sumptibus, & salario moderato, cum aliquo palmano pro personarum qualitate temperato, contentus esse debet: l. si qui, c. de postulat. cap. arreantur, 3. q. 7. & gl. in l. sumpus, ff. de pac. præfertum, cum promissio talis de dando magni palmario in solo casu victoria, est probabilitate magnam occasionem tractandi causam illicitam, et per fas, & nefas vincat, eo quod dabitur ei palmarium si vincat, non autem si vincatur. Datio autem occasionis a lege prohibita, peccatum est, ex Nau. in Man. cap. 3. nu. 10. & cap. 24. nu. 25.

DECISIO II.

Ex conf. 1. alias 2. de Deposito.

Procuratorem ad exigendos redditus facile recuperabilem constituens, nec aliquo ei ob labores subeundem consti-